HOMILIARIUM, U.A. GREGORIUS MAGNUS
Entstehungsort unbestimmt, 1424 Seite 127r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ut peccata dimittere. Ecce ego filius
dei hunc populum suum, quem re
mit ut dictum est liberare a
peccatis atque saluare sicut ego
iudeis sicut egyptiis. De
quo ipse iam per prophetam sic
erat locutus dicens. Dominus
dixit ad me. Filius meus
es tu ego hodie genui te. Pe
te a me et dabo tibi gentes
hereditate tua, et possessione
tua terminos terre. Ipse saluum
faciet populum suum a peccatis eorum
sanguine redemptos suo, eiectos
redimens, morte sua, de mor
tis eos liberans potestate. Ipse
saluabit. Hoc est saluator omnium
hominum fidelium atque credentium
hoc totum factum est. Quid totum,
hoc de virgineti descensione
hoc de ista domini incarnatione
hoc de angeli ad virginem desponsa
tione. Hoc de puerpuis virginis de
sponsatione ut castitate. Hoc
enim totum factum est, ad trium in
di salutem. Hoc totum factum est
ut vnum compleretur et vnum
consumaret. Quid illud, quod vir
go genuit, quod virgo peperit, quod
nupsit et intacta virgo pe
perit. Ecce virgo in vtero accipiet. Audite quid dicit. Omnes
filie eue, audite omnes vos, qui
hereditatem doloris et tristicie
post illam et ex illius condem
nacione suspiristis. Vos que in
tristicia generatis filios, ut magis
vos contristaremini corrumpti
bilem commiscistis, audite et
letamini. Audite et consolamini. Au
dite quod virgo in vtero accipiet. Vir
go desiderio pueri accepit. Neque
ex serpente persuasione decepta
est. Neque eius assertibus vene
nosis insecta. Sed virgo in vtero
accipiet predicatorem angeli susci
piens prophetarum testimonia as
sumens. Virgo in vtero accipiet
ut dominum dignantem incarnatum ad
mundi pariat salutem. Ecce in
quit hoc ipsum quod dicat ecce, ad
mirantes est tanti misterii mag
nitudine. ut omnes velut a somno
suscitans, ad hoc dicti erigitur
Ecce inquit, virgo in vtero accipiet
et pariet filium, ad castigandum
illum forte armatum, ad conqui
tandum serpentem impium, apud
ad terrendas vires eius, ad predam
eius diripiendam atque captiuum
tate sui populi conuertendam, pariet
filium, ad domum repandum adam,
ad in obedienciam eue, per mane
obedienciam ex eludendam, ad
erigendum iacentem genus, quod
per inferis temerariam credu
litatem sicuit ante decidit.
Et vocabit nomen eius emma
nuel, quod interpretatur nobiscum deus
vocat nomen eius pueri angeli
psallentes, in eius gracione
atque gaudentes, sicut deum
omnium et regem pacis, ad homines
venientem. Deinde apparuit vni
geniti dei, dominacione atque vir
tutem omnibus gentibus predica
tes. Ad hunc et sancti martires,
tenent ignes et gladios vsque